BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 171r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pestilencia varia accidencia coniunguntur
ab eadem causa dependencia Eadem materia
cum sit furiosa et ut plurimum mobilis ad
diuersas corporis mouetur partes secundum diuer-
sitatem partium nostri corporis in fortitudine et
debilitate Aliqui enim debiles existunt in
vno membro / aliqui in alio · et talis materia
habet motum sinochicum plerumque omnis ma-
teria ista exuberans raptum subitum habet
ad membra principalia / vnde mors repen-
tina accidit plerumque hec materia ebuliens
in venis ad prauam deueniet putredinem ·
vnde maligne febres generantur / plerumque
modo iste ad aliquod principalium membrorum
fluentes apostemata seu prauas materie
collectiones in eisdem generant Aliquando hec
materia raptum habet ad pulmonem et ibidem
apostemata gignit vt ex vene scissura
sputa sanguinis excreantur / et ob hanc
causam maxima contagio accidit in astan-
tibus / si in hac pestilencia quis cum
sanguinis sputo pereat Est enim infectio
circa membra anhelitus / expiratus parue
infectionis existit Aliquando hec materia rap-
tum habet ad intestina / vnde praue
dissinterie generantur Aliquando hec materia
in stomacho contenta vomitus laboriosos ge-
nerat Aliquando carbunculi antraces ex-

169

171